

As A 088 the work  
of one of L's pupils at  
L'Immaculée making  
his presentation at the  
seminar?

F.C.

3.22-96

"SICUT COGNITUM IN COGNOSCENTE ET AMATUM IN AMANTE" IN THE  
LIGHT OF ST. THOMAS'S EXPLANATION OF THE LUMEN FIDEIA. The unity of the supernatural life in the view of St. Thomas.

(1) "Perceptio divinae veritatis quae fit per rationem naturalem tendit, sicut in id cui innititur, in intellectum principiorum; sed perceptio divinae veritatis quae est articulus tendit in primam veritatem non solum sicut finem vel objectum, sed sicut in id in quod resolvitur sicut in causam suae credulitatis."--3 Sent., d. 25, q. 1, a. 1, sol. 1 ad 4.

(2) "Sed tamen considerandum est quod in objecto fidei est aliquid quasi formale, scilicet veritas prima super omnem naturalem cognitionem creaturae existens, et aliquid materiale, sicut id cui assentimus, inhaerendo primae veritati."--S.T. II-II. 5. 1c.

(3) "Ratio formalis objecti fidei potest accipi dupliciter: uno modo ex parte ipsius rei creditae; et sic ratio formalis omnium credibilium est una; scilicet veritas prima; et ex hac parte articuli non distinguuntur."--S.T. II-II. 1. 6 ad 2.

(4) "Et ideo ad distinguendum dona a virtutibus debemus sequi modum loquendi Scripturae, in qua nobis traduntur non quidem sub nomine donorum, sed magis sub nomine spirituum; sic enim dicitur Isaiae xi: 'Requiescet super eum spiritus sapientiae et intellectus,' etc. Ex quibus verbis manifeste datur intelligi quod ista septem enumerantur ibi, secundum quod sunt in nobis ab inspiratione divina. Inspiratio autem significat quandam motionem ab exteriori. Est enim considerandum quod in homine est duplex principium movens: unum quidem interius, quod est ratio; aliud autem exterius, quod est Deus."--S.T. I-II. 68. 1c.

(5) "Divina scientia non est discursiva vel ratiocinativa, sed absoluta et simplex. Cui similis est scientia quae ponitur donum Spiritus Sancti, cum sit quaedam participata similitudo ipsius."--S.T. II-II. 9. 1 ad 1.

(6) "Ad hoc quod intellectus humanus perfecte assentiat veritati fidei, duo requiruntur: quorum unum est quod sane capiat ea quae proponuntur; quod pertinet ad donum intellectus . . . Aliud autem est ut habeat certum et rectum iudicium de eis, discernendo scilicet credenda a non credendis; et ad hoc necessarium est donum scientiae."--S.T. II-II. 9. 1c.

(7)	prima veritas	lumen rationis [intellectus agens]
	causat	causat
	assensum fidei	assensum intellectus vel scientiae

--De Ver. 14. 1 ad 1.

(8) "Intensio autem charitatis non contingit ex hoc quod virtus agentis fortificetur, sed tantum ex hoc quod natura recipiens, quae quantum in se est dispositionem quandam habet secundum quod

est. in potentia ad plura, magis ac magis praeparatur ad susceptionem gratiae, secundum quod ex dicta multitudine, scilicet confusione potentialitatis, in unum colligitur per operationes quibus ad charitatem suscipiendam praeparatur, ut prius dictum est. Et ideo Dionysius perfectum sanctitatis semper designat per hoc quod est ex partita vita in unitam consurgere. --1 Sent., d. 17, q. 2, a. 2, sol. (ad finem).

B. The connection of the missions with the faculties and man's return to God.

(9) "Missio pertinet ad reditum creaturae in finem; et ideo non potest esse missio, nisi secundum illa quae possunt dicere relationem in finem." --1 Sent., d. 15, q. 5, a. 1, sol. 1 ad 3.

(10) "Deus dicitur esse in re aliqua dupliciter. Uno modo per modum causae agentis; et sic est in omnibus rebus causatis ab ipso. Alio modo sicut objectum operationis est in operante; quod proprium est in operationibus animae, secundum quod cognitum est in cognoscente, et desideratum in desiderante. Hoc igitur secundo modo Deus specialiter est in rationali creatura, quae cognoscit et diligit illum actu vel habitu. Et quia hoc habet rationalis creatura per gratiam . . . dicitur esse hoc modo in sanctis per gratiam. In rebus vero aliis ab ipso creatis . . . per potentiam . . . praesentiam . . . essentiam." --S.T. I. 8. 3c.

(11) "Nulla alia perfectio superaddita substantiae, facit Deum esse in aliquo sicut objectum cognitum et amatum, nisi gratia." --S.T. I. 8 ad 4.

(12) "Est enim unus communis modus quo Deus est in omnibus rebus, per essentiam, potentiam, et praesentiam; sicut causa in effectibus participantibus bonitatem ipsius. Super istum autem modum communem est unus specialis, qui convenit naturae rationali, in qua Deus dicitur esse sicut cognitum in cognoscente, et amatum in amante. Et quia cognoscendo et amando, creatura rationalis sua operatione attingit ad ipsum Deum secundum istum specialem modum Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo. Sic igitur, nullus alius effectus potest esse ratio quod divina persona sit novo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens. Unde secundum solum gratiam gratum facientem mittitur et procedit temporaliter persona divina." --S.T. I. 43. 3c.

C. To what extent is God IN us "sicut cognitum in cognoscente . . ." by a knowledge which is necessary for the missions and is quasi-experimental?

(13) lumen fidei (seu habitus fidei) :: intellectus agens  
articuli fidei :: principia naturaliter cognita  
--3 Sent., d. 23, q. 2, a. 1 ad 4.

(14) "Quamvis cognitio appropriatur Filio, tamen donum illud ex quo sumitur experimentalis cognitio, quae necessaria est ad missionem, non necessario appropriatur Filio, sed quandoque

Spiritui sancto, sicut amor."--1 Sent., d. 15, q. 2 ad 5.

(15) "Fides secundum suam dispositionem est in continente imperfecta, quia aenigmatica; et iste defectus tollitur per altiore habitum, qui vocatur donum, quia quasi excedit modum humanae operationis a Deo datum; sicut donum intellectus, quod facit aliquomodo limpide et clare intueri quae sunt fidei."--In Is. xi.

(16) "Quia actus fidei per ipsum objectum, quod est creditum distinguitur ab actibus aliorum habituum vel potentiae imperfectae, quae non potest per se in tale objectum; et ideo habens fidem scit se illam habere."--1 Sent., d. 17, q. 4, a. 4 ad 3.

(17) "Signanter dicit Augustinus quod 'Filius mittitur, cum a quoquam cognoscitur atque percipitur.' Perceptio autem experimentalem quandam notitiam significat. Et haec proprie dicitur sapientia, quasi sapida scientia."--S.T. I. 43. 5 ad 2.

(18) "Non qualiscumque cognitio sufficit ad rationem missionis, sed solum illa, quae accipitur ex aliquo dono appropriato personae, per quod efficitur in nobis conjunctio ad Deum, secundum modum proprium illius personae, scilicet per amorem, quando Spiritus sanctus datur. Unde cognitio ista est quasi experimentalis."--1 Sent., d. 14, q. 2, a. 2 ad 3.

D. The function of the lumen fidei (= habitus fidei).

(19) "Lumen infusum, quod est habitus fidei, manifestat articulos, sicut lumen intellectus agentis manifestat principia naturaliter cognita."--3 Sent., d. 23, q. 2, a. 1 ad 4.

(20) articuli fidei .. principia naturalia  
manifesti .. nota per inductionem, non demonstrative  
--In Boet. de Trin. 2. 2 ad 6.

(21) "Omne autem intellectum, in quantum intellectum, oportet esse in intelligente."--Sum. c. Gent. IV. 11.

(22) "Intellectum est in intelligente in quantum intelligitur."--Comp. Theol. ad Fr. Regin. 44.

(23) "Habitus scientiae inclinatur ad scibilia per modum rationis. Ideo potest habens habitum scientiae aliqua ignorare quae ad habitum illum pertinent. Sed habitus fidei cum non rationi innitatur, inclinatur per modum naturae, sicut et habitus moralium virtutum et sicut habitus principiorum; et ideo quamdiu manet, nihil contra fidem credit."--3 Sent., d. 23, q. 3, a. 3, sol. 2 ad 2.

(24) "Illae quae sunt per essentiam sui in anima, cognoscuntur experimentaliter cognitione, in quantum homo experitur per actus principia intrinseca; sicut voluntatem percipimus volendo, et vitam in operibus vitae."--S.T. I-II. 112. 5 ad 1.

(25) "Habitus, in quantum huiusmodi, non est causa cognitionis ut quod est cognitum, sed ut quo aliquid est cognitum."--De Ver. 10. 9 ad 3.

